



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Galeoti Martii Narniensis De Homine Libri Dvo**

**Galeottus <Martius>**

**Basileae, 1517**

Exta

**urn:nbn:de:hbz:466:1-31834**

ad precordia, cum pulmone committitur: quam quidam anti  
Trachia. qui Trachiam uocant.

## EXTA



Diaphra/  
gma

Pulmo.  
Cor.  
Exta.  
Iecur.  
Lien.

IS expeditis, consequens est ut ad alia descen-  
damus. Et interiorem thoracem hoc est truncum  
in duas partes secabimus, in exta scilicet & uis-  
cera, una cum liene & iecore. nam hæc separan-  
tur quadam membrana satis dura, quã græci diaphragma,  
nostri uero transversum septum nuncupant. Cornelius in-  
at sub corde atq; pulmone transversum ex ualida membra-  
na septum est. Hoc igitur a parte superiori habet pulmone  
& cor, quæ proprie exta ab extando dicuntur. A parte ue-  
ro inferiori iecur & lienem, de quibus postea dicemus latius  
sed prius de pulmone, deinde de corde nobis sermo erit, &  
unū tamen ante dixerimus. Exta, ut dictum est, proprie cor  
& pulmo dicuntur, quia in parte superiori locantur, & lien  
& iecur hoc nomine appellantur, quoniam supra inferiora  
intestina locantur. Vergilius in Georgicis,  
Pinguiaq; in ueribus torrebimus exta columnis,  
om̃ia simul cõplexus est. Romanorum religio semper exto-  
rum caput putauit iecur. unde Festus hæc om̃ia exta dici pu-  
tauit, quia dijs profecantur qui extant eminentq; ut nō ali-  
tu dicta putarit, sed ab officio.

## PVLMO



Pulmo.  
Fibræ.

PVLMO de natura sui spongiosus, & ideo est  
spiritus capax, diuiditur ad similitudinē ungu-  
læ bouis. Et duæ illæ partes pulmonis fibræ uo-  
cantur